



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117794**

§. 33. Honorii obitus. Valentinianus III. Imp.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

§. XXXIII.

Sæculum V.  
A.C. 423.

*Honorii obitus. Valentinianus III.  
Imperator.*

Imperator Honorius fatis functus est ex *Socr. VII. c.*  
Hydrope anno sequenti 423. Marina- *22. Olymp.*  
no, & Asclepiodoto Consulatum geren- *ap. Phot. p.*  
tibus, decimo octavo Calendas Sept. *196. Prosp.*  
licet 18. Aug. regnavit annos 28. ab obi- *an. 424.*  
tu Patris sui Theodosii, & annos vitæ tri- *Philost. IX.*  
c. 13.  
ginta novem numeravit. Anno superio-  
re Placidiam sororem Ravenna, quam ur-  
bem insidebat, expulerat; ipsa cum libe-  
ris Constantinopolim confugit. Ante-  
quam Nuntium de obitu Honorii Con-  
stantinopolim fuisset delatum, Joannes  
Primiciarius Notariorum, seu Secretario-  
rum Princeps, Ravennæ ut Imperatorem  
se gessit, ibique uno anno & dimidio, Ca-  
stino Militiæ Magistro succollante, regna-  
vit. In Africa quoque Imperator agnosci  
cupiebat, sed obstitit Comes Bonifacius,  
Principi Placidia, & liberis ejus fidem ser-  
vans. Pro his etiam Theodosius stetit,  
& Valentinianum juniorem, Placidia, &  
Constantii filium, Cæsarem edixit. Cum  
deinde Theodosius militem in Italiam mi-  
sisset, Joannes victus est, & occisus, men-  
se Julio, anno 425. Valentinianus III. vix  
septennis Imperator Occidentis saluta-  
tur, decimo Calendas Nov. ipso pri-  
mo, & Theodosio undecimo, Consuli-

Sæculum V. bus, scilicet 23. Octobr. eodem anno  
 A.C. 423. 425.

*Lib. 46. Cod. Theod. de Episc. l. 63.* Ipso hoc anno Valentiniani nomine  
 plures Leges in Ecclesiæ favorem promulgatæ. Prima data est sexta Julii, & in  
 Gregorium Africae Proconsulem directæ,

*L. 47. ult. C. Th. de Episc.* quæ Privilegia Ecclesiæ, & pœnas, in Hæreticos statutas, confirmat. Secunda directæ est ad Bassum, ut restituerentur omnium Ecclesiarum Privilegia, quæ Tyrannus, nempe Joannes, abstulerat, præsertim Clericorum jura, ne eis coram Judicibus Laicis lis moveretur, sed ab Episcopis judicarentur. (\*) Eadem lege præcipitur, ut omnes Hæretici, & Schismatici ex-

*L. 62. Cod.* bibus proscriberentur. Alia lex decima septima Julii ejusdem anni idem jubet speciatim pro urbe Roma, adversus eos qui a Communione Papæ recedentes, etiam populum seducebant. Hæ erant Schismatis Eulalii Reliquiæ, quas aliqui post decessum Bonifacii Papæ refuscitare nitebantur.

§. XXXIV.

*Causa Antonii Fussalani.*

*Ep. 209. al. 161.* Initio Pontificatus S. Cœlestini scripsit ad eum S. Augustinus in causa Antonii Fussalani, qui ad S. Sedem appellaverat. Erat Fussala urbs exigua in extrema parte Duceis

(\*) Inde contra Protestantæ exemplio Clericorum Personalis probatur.